Et ſi enim ꝑ cibū homo nõ poſſit repara/
ri in humido radicali. poteſt tn̄ retardari

ne ita cito cõſumatur. ſicut oleũ ⁊ licĩnẽ in
lampade nõ poteſt ſe defendere quin con
ſumatur ſed retardat̃ ab oleo ne tam cito
cõſumatur. Om̃es ergo diuitie hũane ad
hoc date ſunt homini vt eas ad ſuſtentati
onẽ corporis ſui ⁊ vtilitatẽ proximi cõuer
tat. Nã ſicut ſunt diuitie adiuuamẽta bo/
nis. ſic ⁊ reprobis ſunt nocumẽta ſi eis ab/
utuntur. Dicit Ambro. libro. viij. ſup Lu
cam. Vñ Hiero. in epiſtola ad Sabinaꝫ.
Diuiti nõ obſunt opes ſi bene vtatur eis.
Bonus vſus diuitiarũ eſt ſi in eis fiduciã
nõ poſuerit vt eas pauperibꝫ erogauerit.
Nã ſicut dicit Beda ſup Lucã. xij. capitľo
Nõ reprehẽditur diues ꝙ terraꝫ coluerit.
vel fructus in horrea cõgregauerit. ſed ꝙ
fiduciã vite in his poſuerit vel pauperibꝫ
nõ erogauerit. Nec ideo diues nõ exaudi
tur in inferno poſitꝰ. qa diues fuit in mun
do. ſed qa in diuitijs poſitꝰ pauperẽ exau
dire noluit. Auguſti. in Omelia de diuite.
Hinc eſt ꝙ diuitie bene dicunt̃ ſemen. qa
ſeminari debẽt per diuites vt creſcant et
multiplicent̃. fructũq; afferant ĩ celo. Iux/
ta illud. ij. ad Cor. ix. Multiplicabit ſemẽ
veſtrũ et augebit incremẽta frugũ iuſticie
veſtre. Sicut enĩ videmus ſi ſemen nõ ſe
minatur minuit̃. Si ſeminat̃ multiplicat̃
⁊ augetur. Unde Apl's dicit. Qui parce ſe
minat. parce ⁊ metet. Et qui ſemiat in be/
nedictionibꝫ. de bñdictionibꝫ ⁊ metet vitã
eternã. Ecce bonus fructus huiꝰ ſeminis
De tertio quomõ deus ex bõitate ſua gra
tuita ſemiauit bonũ ſemẽ gratie ĩ agro hu
ius mũdi. De q̃ Iſaie. j. dicit̃ Niſi dñs reli
quiſſet nobis ſemẽ ſicut Sodoma fuiſſe/
mus. Et ſicut Gomorra ſilẽs eſſemꝰ. Ve/
re ſic eſt. Nã ſine gratia nihil valent bona
naturalia vel fortuita. Nã quid ꝓdeſſet ho
mini ſi haberet vitã nature ⁊ vitã opulen/
tã fortune. ex q̃ nõ hr̃et vitã gr̃e. ꝑ quã ſolã
habet verũ ⁊ bonũ eſſe. Naꝫ ex ſola gr̃a ha
betur humana ſufficientia q̃ntum ad eſſe
bonũ. cũ homo ex ſuis naturalibꝫ non poſ
ſit aliq̃d cogitare meritorie a ſe quaſi ex ſe.
ſed ſufficientia eiꝰ ex deo eſt. ij. Cor. iij. Et
ideo Iſaias bñ dixit ꝙ ſine tali ſemĩe fuiſ/
ſemus ſicut Sodoma ⁊ Gomorra. Qua/
rũ ꝓplus viuens vita nature ⁊ fortune pro
pter defectũ gratie abuſus eſt vtraq; illa
vita ⁊ abſorptus eſt viuꝰ in inferno. Hinc
Ps. ait. Niſi quia dñs adiuuiſſet me. ſcꝫ ꝑ
vitam gratie. paulominꝰ habitaſſet in in/
ferno anĩa mea. Et iterũ in alio loco dicit
idẽ. Melior eſt miſcõia tua ſup vitas. vbi
dicit Innocẽ. iiij. ꝙ hoc ꝑ tanto dicit quia
nullius vita quãtũcũq; ſancta ſufficit ho/
mini niſi aſſit miſcõia vl' gratia dei. ſm q̃d
dicit Grego. Vita ſanctoꝝ ſuccũbit ſi pie/
tas dei deſit. Et tangũtur hic tres ſtatus
hominũ q̃ habẽt ſingulos reſpectꝰ ad ſin/
gula predicta ſemĩa. Nã circa ſemen natu
re debẽt om̃es puſilli ⁊ magni. ſenes et iu/
uenes. diuites ⁊ paupes. ſpirituales et ſe/
culares exerceri. vt de ſemĩe naturaliũ bo
norũ producãt fructũ honoris ⁊ honeſta/
tis. Eccl. xxiiij. Circa ſcd̃m ſemen ſcꝫ bo/
norũ fortune debẽt occupari maxime di/
uites pricipes ⁊ habũdãtes in ſeculo. vt ꝓ
ducant fructũ elemoſyne et largitat̃. vt ſic
faciant amicos de mãmona iniq̃tatis Lu
ce. xvi. Circa tertiũ debẽt exerceri ꝑlati et
ſpirituales. q̃ ſunt diſpenſatores ⁊ admini
ſtratores multiformis gratie xp̃i. vt ait A/
poſtolus. Ut ex ea ꝓducant fructũ ſalut̃
ſubditorũ. Ipis enĩ dictũ eſt. Curã illius
habe Luce. x. B

**Dixi ſecũdo** ꝙ in verbis pre
miſſis tangitur
hũane tepiditatis negligẽtia cuꝫ additur.
Cũ autẽ dormirent homĩes. Quod expo/
nit Gloſa. i. cũ negligẽter agerẽt ꝑ torporẽ
et ocium. Unde ei cuius agrũ ſpine ⁊ vrti/
ce repleuerũt Prouerb. xxiiij. dicit̃. Uſq;/
quo piger dormis. Malus ſomnꝰ ex quo
proueniunt tot pericula. vt homo amittat
fructũ naturaliũ fortuitorũ ⁊ gratuitoruꝫ
bonorũ. ~~Et certe~~ ſic eſt ꝙ negligẽtia indu/
cit multa mala. ⁊ ex paruis deuenit ad ma
xima. Quia ſicut dicit phs p'o celi. Par/
uus error in pricipio. maximus fit in fine.
Nã ſm Robertũ Holgot ſuper libꝝ Sa
piẽtie ca. iij. Primordialis cauſa om̃is pene
tam in hoĩe q̃ꝫ in angelo fuit negligentia.
Si enĩ homo vel angelus a deo creatus
in gratia. bene fuiſſet vſus in naturalibus
⁊ gratuitis ſibi datis. nũq; apparuiſſet an/
gelo cõueniẽs aliq̃d deordinatũ. Non enĩ
dei excellentiã appetiuiſſet. nec vnq; homo
iudicaſſet dictis ⁊ ꝑſuaſionibꝫ ſerpentꝭ ac/
quieſcere. ſed quia neglexerunt vti gratijs
ſibi datis ꝑmiſſi ſunt cadere in errorẽ pro
pter peccatũ negligẽtie. et de errore negli/
gentie in peccata ſuperbie et inobedientie

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶ Dominica quarta poſt octa. epi.

Et ideo ipſe Holgot radicem omnium cul
parū dicit eſſe negligentiā que finaliter pa
rit contemptū. Ut dicit̄ Prouerb. xviij. Et
nota ꝙ iſte eſt ordo cadendi in hoīe q̄n/
tumcūq; fuerit in ſtatu ꝑfecto. videlicet ꝓ/
mo negligere modica. loqui ocioſa. et raro
confiteri. aride dicere diuinū officiū. que
videntur modica eſſe. Et ex his diabolus
inducet in groſſiſſima peccata. Sicut cir/
ca dolium ſunt magni circuli q̄ ligant̄ par
uis funiculis Solutis ergo paruis funi
culis ſoluuntur magni circuli. ꝛ ſic totum
dolium. Sic dicit Sapiēs Eccī. xix. Qui
ſpernit modica. paulatim decidet ad ma/
iora. Iſte eſt ergo malus ſomnus q̄ ſic om
nia bona deſtituit anihilat ꝛ cōfundit.

¶ Recte aūt negligentia cōparatur ſom/
no. Sicut enī in ſomno quieſcit homo. et
priuat̄ oībꝫ que habet. ſic in ſomno negli
gentie ꝛ culpe omnibꝫ virtutibꝫ ſpoliatur.
Iſtud figurat̄ in ſomno Jone. de quo di/
citur ꝙ fugit a facie dn̄i ī tharſis. ꝛ intrās
nauē obdormiuit ſopore graui. ꝛ venit ma
gnus vētus. ꝛ facta eſt tempeſtas ꝛ nauis
periclitabatur. Finaliter autē Jonas fu/
it proiectus in mare vbi cadens in ventrē
ceti. amiſit crines capitis. ꝛ factus ē caluꝰ.
Ubi dicit Gloſa. Grauis ſopor ꝓphete ſi/
gnificat hominē torpentē ſopore erroris.
cui nō ſufficit fugere dominū. ſed inſuꝑ q̄/
dam vecordia obrutus ignorat dei iram ꝛ
ſecurus dormit. qui tandē proijcitur in ce
tum. i. in infernū. Sicut enim cetus habi
tat in obſcuro ꝛ in fluctibꝫ magnis ꝛ in pro
fundo maris. Sic infernus dicit̄ eſſe ī ob
ſcuritate maxima ꝛ in ꝓfundo terre. Unō
in euāgelio dicit̄ in corde terre. Sicut enī
cor eſt in medio aīalis. ſic infernus ī me/
dio terre. Tandē capillis decaluat̄. i. virtu
tibꝫ ꝛ gratijs ſpoliat̄. ¶ Ergo Jona dormi
ente ſurgunt venti ſignificat. qꝛ torpente
ocio ꝛ deſidia in hoīe quolibet ſurgunt
temptationes a diabolo. Un̄ xp̄o dormi/
ente orta eſt tempeſtas Math. viij. Quis
aūt ſit modus ſpoliandi hominē virtutibꝫ
ꝛ gratijs in ſomno culpe. pulchre figurat̄ ī
ſomno ſamſonis. De quo Judicū. xvj. vbi
dicit̄ ¶ fecit eum dalida reclinare in ſinu
ſuo ꝛ dormire ſuꝑ genua ſua. Et ex h̄ tria
facta ſunt circa eū. Pr̄o enī oculi ſibi eru/
untur. Scd̄o capilli abſciduntur. Et tertio
incarcerat̄ ꝛ laborare cōpellit̄. Spiritua/
liter aūt ꝑ dalidam q̄ inteꝑtatur paupercu/
la ſignificat̄ caro. ſuꝑ cuius genua dormit
ſamſon. q̄ interꝑtat̄ ſol fortis. et ſignificat
animā que pulchra eſt inſtar ſolis ꝛ fortis
ꝑ virtutē que tūc dormit cū carni cōſentit.
Et hoc tria veniūt ei. Primo enī oculi eru
untur. i. cognitio vite p̄ntis ne ꝯſideret q̄/
modo mūdū ingredit̄ ꝓgredit̄ ꝛ egredit̄. ꝛ
iſte eſt oculus ſiniſter. Dexter oculus ē vi/
te future q̄ cōſiderat mortē corporalē. pe/
nam iehennalē. ꝛ gloriā eternalē. Scd̄o
ei crines ꝑciduntur. ſeptē numero. ꝛ ſignifi/
cant ſeptē virtutes. tres theologice. ſ. fides
ſpes ꝛ caritas. ꝛ q̄ttuor cardinales. ſ. iuſti/
cia. temperātia. prudētia ꝛ fortitudo. Pri
mo fides in ſtatu culpe anihilat̄. q̄a ex quo
deſunt opa bona. ſine illis mortua eſt. Ja/
cobi. ij. Et ideo deo diſplicet Heb. xj. Si
ne fide impoſſibile eſt placere deo. Scd̄o
ſpes fruſtrat̄. Sperauerat enī ſaluari. ſed
ecce ꝯfundit̄ in ſpe. Unde Augꝰ. ſuꝑ illud
Rom. v. Spes nō ꝯfundit. dicit. Cōfun/
ditur q̄ q̄d ſperauerat nō inuenit. Tertio
caritas infrigidat̄. qꝛ tūc caritas multorū
refrigeſcit Math. xxiiij. Quarto talis nō
habebit prudentiā diſcernēdi. Prudentia
enī vt dicit Grego. eſt cognitio rex ſcꝫ ap/
petendarū vel fugiendarū. vt dicit Tulliꝰ
Prouer. xv. Uir prudens diriget greſſus
ſuos. Quinto nō habebit fortitudinē ſuf/
ferendi aliq̄d ꝓ deo. Fortitudo enī eſt in
ſufferendis moleſtijs ꝓ deo. vt dicit Aug.
Sexto nō habebit iuſticiā ſubueniēdi. q̄a
iuſticia eſt in ſubueniēdo miſeriſ. Juſticia
enī ꝓprias vtilitates negligit. ꝛ proximoꝝ ne
ceſſitatibꝫ magis q̄ꝫ ſuis ſubuenit. vt dicit
Ambro. in lib. de paradiſo. Septimo nō
habebit temperantiā. q̄ cōſiſtit in coercen
dis delectatiōibꝫ prauis ſcḋm Augꝰ. Tertio
ꝛ vltimo Samſon incarcerat̄. i. ex tūc aīa
captiua erit diaboli. Un̄ ſequit̄. Duxerūt
eū gazam. ꝛ poſuerūt in carcerē. Un̄ tunc
dicere pōt illud. Funes peccatoꝝ circūple
xi ſunt me. Malus carcer vbi eſt obſcuri/
tas. fetor ꝛ fames. Sic eſt in peccato. Pri/
mo obſcuritas agendoꝝ. qꝛ pctōr non no/
uit ſtatū ſuū. neq; deū neq; proximū. nec co/
gnoſcit futura mala ſibi imminētia. Luce
xix. Si cognouiſſes ꝛ tu. Scd̄o fetor. Jo
helis. ij. Computruerūt iumēta in ſterco/
re ſuo. Pſ. Putruerūt ꝛ corrupte ſunt ci/
catrices mee. Tertio fames. qꝛ nō ſatiatur

oculus viſu. nec auris auditu Eccs. j. ¶ L

¶ Dixi tertio q in verbis pmiſſis deſcribit diabolice
iniqtatis ꝛ pverſitatis malicia. cū additur
Venit inimic⁹ ꝛ ſupſemiauit zizania i me/
dio tritici ꝛ abijt. Inimic⁹ iſte diabolus ē.
De q dicit Gen. iij. Inimicicias ponam in
ter te ꝛ ipm ꝛ inter ſemē tuū ꝛ ſemen ei⁹. di/
ctū eſt primis parentib⁹. Iſte ergo venit p
dolū ꝛ fraudem circūueniēdo aſtucia ſua
pmos parētes. ꝛ aggrediendo eos fallaci/
bus pmiſſis ſupſemiauit zizania malicie
ſue in medio tritici. i. in medio bonoꝝ na/
turaliū fortuitoꝝ ꝛ gratuitoꝝ. Vñ in bo/
nis nature ſemiauit zizania ↄcupiſcentie.
vt deſtruat fructū honoris ꝛ honeſtatis. in
nocentie ꝛ naturalis iuſticie. Iſtud ſemen
maledicit ꝛ increpat Dan. c. xiij. d. Semē
chanaan ꝛ nō iuda. Species mulieris de/
cepit te. ꝛ ↄcupiſcētia ſubuertit cor tuum.
Scdo in bonis fortune ſupſeminauit ſe/
men auaricie ne fructificet fructū liberali
tatis ꝛ elemoſyne. Iſtud zizania increpat
Salomon Eccl. vij. di. Ne ſemines mala
in ſulcis iniuſticie. ꝛ nō metes ea in ſeptu/
plū. Iniuſticia eſt cū qs habūdat. ꝛ nō lar/
gitur indigēti Prouer. xxij. Qui ſemiat in
iuſticiā. metet mala. ꝛ virga ire ſue ↄſūma/
bitur. Tertio in bonis grē ſupſemiauit zi
zania. ꝛ h multiplex ſm multiplices grās ꝛ
dona dei gratuita. Nā diuiſiones gratiaꝝ
ſunt multiplices. Ad cor. j. Coꝝ. xij. Diabo
lus ergo cuilibet v̄tuti nitit ſupſeminare
viciū ↄtrariū. Nā ſi qs eſt caritatiuus niti
tur ſibi ſupſemiare diſcordiā ↄtra primū.
ſilr odiū. iram ꝛ inuidiā. Si qs habet ſci/
entiam dei ꝛ ſapientiā. nititur ſibi induce/
re ꝛ ſupſemiare zizania hereſis ꝛ erroris.
ſed h eſt maledictū ſemen ab initio. vt dici
tur Sap. xij. Sic ſi qs habet abſtinentiā
ieiunij. temperantiā. nitit inducere ꝛ ſup/
ſemiare ſibi diſſolutiōem. crapulā ꝛ laſci/
uiam. ſicut xpo ieiunāti. Si fili⁹ dei es. dic
vt lapides iſti panes fiāt. Et breuiter i om
nib⁹ gratuitis bonis nitit ſupſemiare ziza
nia vane glie. cū nō ſit aliqd bonum mini/
mū cui diabolus nō immiſcere cupiat ſup/
bie ꝛ vane glie viciū. Talit ſupſemiauerat
i phariſeis. de qb⁹ ſaluator ait. Omia opa
eoꝝ faciūt vt videant ab homib⁹ Math.
v. ꝛ xxiij. caplis. Hoc eni diabolus intēdit
vt q recta facta ſunt ipi⁹ laudis cupiditate
amittant. Ideo dicit Aug⁹. in epla ad dio
ſcorū. Qr cetera vicia in peccatis. ſupbia ve
ro in recte factis eſt timēda. Nos igit frēs
cariſſimi ſtudeam⁹ eſſe vigiles vt aſtucias
iſti⁹ inimici pcauētes. ſemē bonū i nobis
a deo ſemiatū ad fructū pducā⁹ eternoꝝ p
mioꝝ. Qō nob pſtare dignetur ipe dñs ꝛc.

¶ Dñica quarta. III. Sermo. XXX.

## Sinite utraqꝫ cre

ſcere vſqꝫ ad meſſem. Math. xiij.
Glorioſus pr Aug. tractās illud
Ps. Cū his q oderūt pacē. eram pacificus
Ps. cxix. ſic ait. Nūc mali a bonis ſepara/
ri nō pñt. ferēdi ſūt ad tps. mali i area no/
biſcū eſſe pñt. in horreo eſſe nō pñt. Et ſeq
tur. Et forte q hodie mali apparēt. cras bo
ni erūt. Et q hodie de bonitate ſupbiunt.
cras mali inueniūtur. Quiſqs g malos hu
militer ad tps fert. ipe pueīt ad reqē ſem/
piternā. Hec Aug. Ex qb⁹ verbis pꝫ q ra
tione mali a bonis ſunt tolerādi. vt ſcꝫ de
malo in bonū ↄuertāt. ꝛ ita lucrifiāt nob.
qtin⁹ ad idē regnū celoꝝ nobiſcū pueniāt.
Ne igit tales a bonis ante tps extremi iu/
dicij deleant. ſed poti⁹ tolerent et expectē/
tur Prouidēs ſaluator amonet d. Sinite
vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem. In qb⁹ ver
bis tria ſūt ↄſiderāda. Primo naqꝫ ↄſide/
randū eſt de pmixtiōe bonoꝝ cū malis. qꝫ
vtilis ſit cōmunio ꝛ participatio bonoꝝ
malis. vt ſic vera ſit xpi admonitio q hor/
tat di. Sinite vtraqꝫ creſcere. Scdo cōſi/
derandū ē de pmixtiōe maloꝝ cū bonis qꝫ
ſit expediēs ↄuerſatio maloꝝ ipis bonis.
vt ſic veꝝ ſit ex altera pte v̄bū xpi qd dicit.
Sinite vtraqꝫ creſcere. Nā vtriſqꝫ dicitur
Sinite vtraqꝫ. ꝛ bonis pcipit vt ſinant cū
eis malos creſcere ꝛ habitare ſi volūt per
eos pficere. ꝛ malis ↄſulit vt bonis adhe/
reant. ſi volūt malū euadere ꝛ ad bonū tē/
dere ꝛ pficere p bonos. Tertio ↄſiderādū
eſt de vtriuſqꝫ ptis pſeuerāti lōganimitate
quſqꝫ iubent ſe inuicē tolerare. Cū di. vſqꝫ
ad meſſem. i. ad ſecli ↄſūmationē. ¶ a

¶ Dixi pmo q in verbis premiſſis ↄſiderandū ē
de pmixtione bonoꝝ cū malis. qꝫ vtilis ſit
cōmūio ꝛ participatio bonoꝝ malis. vt ſic
v̄a ſit ſnia xpi q hortat di. Sinite vtraqꝫ
creſcere. i. bonos malis pmiſceri. Pro quo
ſciēdū qꝫ licꝫ qñqꝫ boi ↄuerſantes mal' ſint

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in piculo. q2 rex natura ſic ē vt q̄tiēs bon⁹ malo ꝯiūgiť. nō ex bono mal⁹ meliorať. ſ3 ex malo bon⁹ cōtaminať. vt diť Criſ. ſuper Mat. Auſq3 tñ ē piculū ſi mali bonis ꝯuerſenť. q2 ex hmōi ꝯuerſatōe ſucceſſiue anim⁹ maloꝝ pt induci ad bonū. iuxta illō Alani de ꝓpleumatib9. Gutta cauat lapidē nō vi ſ3 ſepe cadēdo. Licz ḡ ſocietas malorū ſepi⁹ bonis mlťa generat mala. Tñ ecōuerſo ſocietas bonoꝝ mlťa generat ſp bona. nec vnq3 pt eſſe inutiľ ſocietas bonorū malis. eo ꝙ bonū ē forti⁹ i agēdo q3 malū in reſiſtēdo. Eo ꝙ bonū ē ens i natura. malū aūt nihil ē. vľ ſaltē ꝑuatio boni. Facilior ē ēt actio hu⁹ i ꝑuatōez q3 ꝑuatōis in bitu3. Jō ſp boni vtiles ſunt maľ ſiť infra diceť. Siq̄dē maľ p̄io vtiles ſūt boni ad ſalutē q̄d pt3 ex eo. Nā ſi iuēti fuiſſent. x. viri iuſti in. v. ciuitatib9 p āglos ꝓpter nefandiſſimā z deteſtādā luxuriā ſubuerſis. ꝓpter illos pepciſſet dñs vniuerſis. vt legiť Gen. xviij. Scd̄o ſocietas bonoꝝ ē vtiľ maľ ad bonorū exterioꝝ vbertatē. qd̄ pt3 ex illo Geneſ. xxx. vbi dixit iacob ad laban. Modicū habuiſti an̄q3 veirē ad te. Nūc aūt ditat⁹ es. bñdixitq3 tibi deus ad itroitū meū. Sed q̄dā iſtud nō attēdunt. Si naq3 de⁹ ꝓpter ſctōs hoīes regna bñdicit. credūt illud cū ſint mali ac ire z vindicte dei obnoxij ſe meruiſſe. Si vō de⁹ bñdictionē elōgat et q̄ſi maledicēdo terrā ſterilitate aut alia q̄uis impulſatiōe tundi ſinit illud nō i ſe ſ3 in iuſtos z ſctōs retorquēt. Et vbi de iuſtoꝝ ſocietate z cohitatiōe i grāꝝ actiōēs deo referēdas ꝯſurgere debebant. ibi remordere eos z q̄nq3 de finib9 ſuis ꝓpellere ne p malicias eoꝝ redarguanť feſtināt. Jdē pt3 ex illo Gen. xxxix. vbi bñdixit dñs domui egyptij ꝓpter ioſeph z diuitias mlťiplicauit. Ecce ſctōꝝ ſocietas etiā in tpalib9 nedū fidelibus ſ3 etiā infidelib9 ꝯfert opē. Tertio ſocietas bonoꝝ ē vtilis maľ ad belli militiā z ei⁹ exercitationē z ꝯtinuatōez. Jſtud p3 Joſue. xxiij. vbi legiť ꝙ ſuiuit dño iſrael cunctis dieb9 ioſue z ſeniorū q̄ nouerāt opa dñi q̄ fecerat dñs in iſrľ. Ubi argumētū a ſenſu ꝯtrio. ꝙ poſt mortē ioſue z ſenioꝝ q̄b9 de mirabilib9 dei q̄ fecit iſrľ conſtabat. nouis inſcijs de eiſdē exortis receſſerūt a dño z multipliciť claudicauerūt vt p totū libꝝ Judicū p3. Si ḡ ſaluari cupiūt reges et ꝑncipes ac maiores natu orbis terre intēdant vt de rectorib9 ꝓuideāt iuſtis z ſctis. q̄ legē dei nouerūt. Multitudini parcit de⁹ ꝓpter paucos bonos Aum. omeľ. ix. Orig. D q̄ntū debēt orare ſubditi vt det eis de⁹ rectores ſm cor ſuū z ñ ſm duriciā cordis eoꝝ. quēadmodū i Job ſcribiť ꝙ ꝓpť pctā ꝓpli facit de⁹ regnare hypocritā. Auſq3 autē plus timēdum ē ꝓplo ſubdito q3 ſub ꝑſide iniq̄ z legis diuie ignaro. Naz q̄d reſtat niſi totaľ ꝯfuſio z deordiatio in tra qū ꝑnceps trāſgrediť diuia p̄cepta. Neceſſe ē ei vt aliꝫ ſilr faciāt. Quia poeta diť. Regis ad exēplū tot⁹ cōponiť orbis. Hic ē ꝙ ex p̄cepto dñi iubeť rex recipe legē z deuteronomiū a ſacerdotib9 vt i ea cōtinue legat z ſm legem dei iudicet. Deut. xvij. Si forte di. durū ē h̄ cū raro reges z ꝑncipes lr̄ati occurrunt. ſ3 lr̄aꝝ z toti⁹ ſcrpture ignari. Rñ. ꝙ i eo caſu ſufficit ꝙ aliq̄s eruditos z ꝑitos i ſacris ſcrpturis ſecū hēant q̄ eos de talib9 iformēt. Ut diť Policrat⁹. quēadmodu3 feciſſe leguntur antiq̄ reges. ſ. karolus. troian⁹ et alij multi catholici z gētiles. Et de pharaone peſſimo i ps̄. cū dr̄. Cōſtituit eū dñs dom⁹ ſue z ꝑncipē oīs poſſeſſiōis ſue. Seq̄ť. Ut erudiret ꝑncipes ei⁹ ſicť ſemetipm. z ſenes ei⁹ prudētiā doceret. Innoč. ſ. de his q̄ dei erāt. Nō ē eni credēdū. vt diť Aug. tm̄ prophetā intēdiſſe opi tpaliū. ita ꝙ ñ intenderet opi ſpūaliu3. Sed res ꝯtunť hodie añ oclos nr̄os huic ꝯtria ſnie. Uiri eñ prudentiſſimi z exercitatiſſimi i oīb9 ſciētijs p nihilo reputanť. nec vocanť ad ꝑncipū cōſilia. z ſi vocanť. nō ſtať dictis eoꝝ. ſaltē in his q̄ vulnerāt ꝯſciam. S3 certe timeāt principes q2 niſi eos hēant ſecū. neceē ē eos deuiare ad ſiniſtrā. Quia ceci ſunt ſine illis. cecū q3 omne cōſiliū eoꝝ. Cec⁹ aūt ſi ceco ducatū p̄beat. nōne ābo i foueā cadēt ꝑcipitatiōis. Uñ Judiť. xviij. i figura legiť. ꝙ filij dan ceperūt lachis ciuitatē. z hoīes occiderūt. q2 cū nullo hoīm habuerūt q̄cq3 ſocietatis. Sic cōtingit talib9 q2 vicini ſunt piculo q̄ nolunt hr̄e cōſortiū bonoꝝ viroꝝ ſecū nec eos diligunt. Quarto vtilis ē ſocietas bonoꝝ maľ nō tm̄ bonis ad aliq̄lē mētis illuſtrationē z ad dei laudis iductionē. Jſtud p3. j. Reg. xix. vbi ſerui ſaul miſſi ad capiendū dauid morantē cū ſamuele z alijs ꝓphetis. q3 cito venerūt ſtati ꝓphetare ceperūt. Uenit tandē z ſaul vt caperet dauid. S3 z ipe ꝓphetare cepit. Si ḡ mali iuncti



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonis pſertim hac intētiōe vt bonos ꝑturbent ꝓherāt. Daꝛ intelligi ꝙ mali ad ſcōs currūt vt ipis cōiuncti a deo illūiatiōez intellecꝰ ꝯſeqnꝛ ꝛ i laudē dei accēdanꝛ. Quinto vtilis ē ſocietas bonoꝝ malꝰ ad īpetrandū neceſſaria. nō ſolū hoibꝫ ſʒ etiā eoꝝ aīalibꝫ. Et iſtud ptʒ de helia .iiij. Re.iij. vbi ꝓpter honorē regꝭ ioſaphat deū veꝝ colentꝭ helias īpetrauit aq̄s exercitui dari. q̄ iā tā in ſe q̄ʒ i aīalibꝫ defecerāt. in q̄ tñ erant alij duo peſſimi reges. Videāt h̄ reges ꝛ pn̄cipes ꝑ q̄s eis tpalia ſepiꝰ ꝓuidenꝛ. qꝛ nō ꝑ alios q̄ʒ ꝑ bonos ꝛ ſctōs q̄s ipi nō aduertunt. Sexto vtilis ē ſocietas bonorū malꝰ ad vite corꝑalis ꝯſuationē. Iſtud ptʒ Daniel.ij. Ubi audito crudeli regꝭ mādato ꝙ deberēt interfici cūcti ſapiētes babyloniſ. Daniel iuit ad ſocios ſuos vt quereret ſiꝛ miſcdiam a dño ꝛ reuelata ē danieli nocte viſio regꝭ. quaʒ nullus magoꝝ cognoſcere potuit. Vñ ꝓpt danielē pepcit rex vniuerſis ſapiētibꝫ babylonis. Sic certe ꝛ hodie ꝑ vniꝰ boni viri cōſiliū multi inocētes ſaluanꝛ in vita ipoꝝ. imo ſaluanꝛ in vita oēs hoies īterdū tota cōitas aut regnuʒ. Sic ptʒ de ioſeph q̄ vidēs ꝙ totū regnū egypti fame deberet ꝑire. prudēti vſus ꝯſilio. mlꝰta horrea q̄.vij. ānis ſufficere potuiſſent ꝓuidit ꝛ toto regno miniſtrauit. Certe tūc magꝭ ꝓfuit ioſeph ſapia q̄ȝ totꝰ egypti pecunia. Et ptʒ h̄ ſilr ꝺ iuda machabeo poſt cuiꝰ mortē ſtatī vt bachides ꝯſtituit iniq̄s dños regiōis. orta ē fames valida. ꝑ q̄d datur ītelligi ꝙ viuēte iuda n̄ fuiſſet. Septimo ē vtilis ad oīa mala facilꝰ. leuiꝰ. libentiꝰ ꝛ ꝑſeuerātiꝰ ꝑferēda ꝛ ſuſtinēda. h̄ patʒ de.vij. fr̄ibꝫ machabeis q̄ paſſi ſꝰ ſub anthiocho.ij. Mach.vij. vbi cū ꝑmꝰ poſitꝰ eēt i ſartagie ardēti. reliq̄ ipm cū mr̄e eorū ad ꝯſtātiā martyrij hortabanꝛ. ſicqꝫ vſqꝫ ad vltimū. Sic certe viri ſancti ꝛ hodie multū valerēt nobis ſi eos tpe tribulatiōis accederemꝰ. Ipi eni ſūt q̄ vices dei agētes i tribulatiōe ſciūt dilatare corda hūana ꝑ ſpm ſctm̄ q̄ datus ē eis. ꝑ q̄s deꝰ ꝯſolaꝛ ſuos in oi tribulatione ipoꝝ. Sic ꝯſolatus ē petrū in carcere ꝑ angelū. Octauo vtilꝰ ē ſocietas bonoꝝ malis ad aſſeq̄ndū ſpūſſctī illuſtrationē ꝛ redundātiā. Iſtud ptʒ Actu.ij. de petro ꝛ alijs diſcipulꝭ xpī. q̄.ſſ. recipiētes ſtatim ꝑdicare ceperūt gētibꝫ ꝛ iudeis īfidelibꝫ q̄ ſtatim etiā.ſſ. receperūt. ꝛ idem expſſe habeꝛ Actu.viij.ca. Ubi ad impoſitionē manus petri ꝛ iohis ſamaritani gentiles receperūt.ſſ. Nono vtilis eſt ſocietas bonoꝝ malꝰ ad mitigādū aeris vel maris ꝑicula. Iſtud ptʒ Actu.xxvij. Ubi legiꝛ ꝙ hoies q̄ erāt cū paulo i naui tpe ḡuiſſimo tēpeſtatis ꝓpter ſocietatē pauli ſalui facti ſunt. Legiꝛ ei ꝙ angelꝰ ſibi dixit. Ecce donauit tibi deꝰ oēs q̄ nauigāt tecū. Ecce q̄modo ſocietas bonoꝝ ꝓdeſt malꝰ. qꝛ nedū a morte eterna ſʒ etiā a tpali ꝛ ſubitanea liberat ꝛ pſeruat. Propter ḡ hmōi multiplicia bn̄ficia ꝛ vtilitates ex ſocietate bonoꝝ malis ꝓueniētes. oibꝫ ꝛ ſingulis pctōribꝫ ꝑcipiꝛ vt ſe eoꝝ ꝯſortio iūgāt. Vñ eis diciꝛ. Sinite vtraqꝫ creſcere. h̄ eſt dicere. Sinite ſctōs vobiſcū viuere ꝛ nolite eos repellere.

B

## Dixi ſecūdo

ꝙ conſiderandum eſt etiā de ꝑmixtione maloꝝ cū bonis q̄ȝ ſit expediēs ꝛ neceſſaria ꝯuerſatio maloꝝ ipis bonis. vt ſic nō ſolū mali audiant Sinite vtraqꝫ creſcere. ſʒ etiā boni attendāt diligēter q̄d eis ꝑcipiꝛ. Sinite vobiſcū malos viuere. h̄ eſt. Sinite vtraqꝫ creſcere. Et certe expedit bonis hr̄e in ꝯſortio malos ꝓpter pl̄es vtilitates q̄s licʒ ipi mali ignorāt. Et ꝑmo mali ſunt ꝑmittendi creſcere cū bonis. vt boni exercitenꝛ ꝑ maloꝝ conſortiū. Iuxta illud Iudic.iij. Hec ſūt gentes q̄s dereliq̄t dñs vt erudiret in eis iſraelē. Et Hiere.vi. Per oēm flagellū erudiēris hierlm. Flagellū vocat malos. Filios ꝟo vocat iuſtos. Q̄ͣ ḡ flagellū pſtat filio apud prēm. h̄ malꝰ iuſto apud deū ꝛ eius maieſtatē. Ecce vtilitas. Vñ Iſido. li.iij.ca.xlij. de ſūmo bono dic. Idcirco ſūt neceſſarij mali bonis. vt q̄ñ deū offendūt flagellenꝛ ab ipis. Hinc ē ꝙ Aſſur ꝟga furoris dñi vocaꝛ Iſa.x. Ex h̄ dicit Iſido. ꝙ hꝫ aliquē vſuʒ in h̄ mōo maloꝝ iniq̄tas. qꝛ boni ꝑ eos ad pn̄tē vitā odiendā ꝛ futurā deſiderādā erudiunꝛ vt ꝓficiāt. Sic eni dū filij iſrlꝰ ad terrā ꝓmiſſionis ꝑ moyſen de egypto educi debuerūt. acriꝰ ab egyptijs vrgebanꝛ. vt ſm̄ Iſido. ex malꝰ q̄ patiebanꝛ in egypto diſcerēt ad ꝓmiſſaʒ patriā anhelare. Eandē ſn̄iam pſequiꝛ Aug. li. de fide ad petrū.c.xlij. Scdo vtiles ſunt mali bonis vt boni ex eorū tribulatiōibꝫ humilienꝛ. Vñ Ps. pſalmo.cv. Tribulauerūt eos inimici eoꝝ. ꝛ humiliati

ti ſunt ſub manibꝫ eoꝝ Iudic. vi. Hūiliat⁹
eſt iſrl' in ɔſpectu madian. Et certe ɔ̃ ſup/
bos ꝛ pompoſos hoies. neceſſarij ſūt ma/
li hoies. vt qꝛ ſoli nolūt ꝓpria ſpōte hūilia/
ri deo. hūilient ſaltē inuiti. Sic eni factuꝫ
fuit filijs iſrl'. De qbꝫ dr. Hūiliati ſunt ſub
manibꝫ inimicoꝝ. Expōit Innoc. ꝙ humi
liati ſunt humilitate ſubiectōis nō v̄tutis.
Mala hūiliatio. vbi de diuite fit paup. de
rege ribald⁹. de libero ſuus. de herede ex/
ul. de milite ruſtic⁹. de ſacerdote agricola.
de tēplo ſtabulū. Iſta oia ɔtingūt ꝓpt ſup/
biā. Ad quā humiliādā ꝑmittunt mali ho
mines. Tertio vtiles ſūt mali bonis vt bo
ni ꝑ eos purgent Malach. iij. Sedebit
ɔflans ꝛ emūdās argētū. ꝛ purgabit filios
leui. Quarto ad h tolerādi ſūt mali. vt ſive
lint ɔuertant exēplo bonoꝝ Iſa. xxx. Pro
pterea expectat dñs vt miſereatur vrī. In
pſ. Cū ſctō ſctūs eris. ij. Pe. iij. Nolēs ali
qs ꝑire expectat. Vñ Aug. ſup pſ. liij. dic.
Omnis malus nō ſolū iō viuit vt ꝑ eū bo/
nū exerceat. ſꝫ etiā vt ipſemet corrigat Hec
ille. Quīto ad h tolerādi ſunt mali vt grau⁹
puniant ſi ɔuerti noluerit. Leui. xxvi. Si
nolueritis recipe diſciplinā ꝑcutiā vos ſe/
pties. Interlinearis. Vt ſic creſcit iniqtas.
ſic creſcat ꝛ pena. Vñ Gre. Quos eni diu/
tius vt ɔuertant expectat. nō ɔuerſos du
rius dānat. Ioſue. xi. Dñi ſnīa fuit vt idu
rarent corda. Sexto ad h tolerādi ſūt ma
li cū bonis. ne forte ſil' cū eis boni eradicent
Sicut h dr. Sinite inqt vtraqꝫ creſcere.
malos in malicia. vt q ſordet ſordeſcat ad/
huc Apocal'. vlti. Malū crementū qd ꝓfi/
cit in peius. ij. Thimo. iij. Sic ecōtra boni
ꝓficiunt in bonitate ꝛ iuſticia. i. Machab.
iiij. Ionathas cepit creſcere in virtutibus
Sinite ḡ vtraqꝫ creſcere ad meſſeꝫ ne for/
te eradicantes zizania eradicetis ꝛ triticū
Hoc eſt. ne volētes delere malum deleatis
bonum. Sicut eni dicit Aug. ſup Pſ. liij
ꝛ. lj. Plerūqꝫ cū tibi videris odiſſe inimicū.
fratrē odiſti. Septimo vt v̄tutes bonoꝝ
melius clareſcerent. Nā ſi nō eſſent inimi/
ci nō eſſent ꝓlia. Si nō eſſent ꝓlia nō eēnt
triumphi. Si nō eſſent triūphi nō eēnt mi
lites. Itaqꝫ inimici faciūt claros milites.
Sic nō eſſet v̄tus ꝗcunqꝫ ſi nō hret aliqd
contrariū. nec ſplendidioꝛ et examinatioꝛ
fieret. Nō ꝓbata vero nec examinata non
eſt v̄tus. Ita dicit Orige. ſup librū Num.
Omelia. xiiij. circa principiuꝫ. Et inducit
ibi multa exēpla ſctōꝝ. Nā ſi nō eſſet mali/
cia fratrū ioſeph. ipe nō creuiſſet in princi/
pem in egypto. Et breuiter ſi nō eſſet tra/
ditio iude. nō eſſet paſſio xpi. ꝛ ꝑ cōſequēs
nec redēptio nrā. Ex his infert Orige. ꝙ
deus nihil ocioſuꝫ ꝑmittit in h mundo. qꝛ
nō ſolū vtit bonis ad bonū opus. ſꝫ ꝛ ma/
lis. Octauo vt diuina iuſticia reluceat co
euidētius. Sicut eni de⁹ ex miſcdia ſaluat
iuſtos. ita ex iuſticia dānat malos. Ideoqꝫ
vt iuſticia dei appareat i eis cū dānabūtur
nō ſunt añ tps delendi. Nono vt ſapia dei
reluceat in h mūdo. Sicut eni dicit Apl'us
Mūdus ē ſicut dom⁹ magna in q ſunt vaſa
qdā in honorē. qdā in ɔtumeliā facta. et in
hoc apparet ſapia dei q in nllo deficit. ſꝫ in
oibus ꝓuidit. Si eni eēnt oia vaſa mūda.
non ita refulgeret eorū decor. ſic cōparata
i mūdis. Vñ Aug. dicit i Enchiridion. ꝙ
malū ſuo loco poſitū cōmēdat bonū. qꝛ cō
traria iuxta ſe poſita. magis elucēſcūt. Pro
pter ḡ has vtilitates ferēdi ſunt mali ꝑmi/
ſcui bōis ꝛ boni malis. Vt vtrobiqꝫ illi ex
iſtis ꝛ iſti ex illis ꝓficiant. ꝛ de malo mali i
bonum qñqꝫ ſucceſſiue conſurgant. ꝛ boni
de bono in melius ſemp ꝓcedant. ꝓficien/
tes de virtute in virtutem.

**Dixi tertio** ꝙ in verbis premiſ
ſis conſiderandū
eſt de ꝑſeuerāti longanimitate bonoꝝ. ſ. et
maloꝝ ꝗuſqꝫ tolerādi ſunt mali a bonis ꝛ
ɔuerſent mal'. vſqꝫ ad meſſeꝫ. Meſſis iſta
eſt dies iudicij extremi ꝛ ɔſūmatio ſecli ꝓ/
pter qttuor cās. Primo ꝓpter fructuū col/
lectionē. Pſ. Venientes aūt venient cū exul
tatiōe portātes manipl'os ſuos. Scdo ꝓ
pter āpliorē receptōeꝫ. Nō ei paꝝ ſemis ꝓ
ijcit ꝛ ml'tū recipit. ſil'r ꝛ iuſt⁹ Ro. viij. Nō
ſūt ɔdigne paſſiōes. vñ Mat. xix. Cētuplū
accipietis. Tertio ꝓpt refectōeꝫ. Prouer. vl.
dicet vnicuiqꝫ ꝛc. Date ei de fructu manuū
ſuaꝝ. Pſ. Labores ma. tu. ꝛc. Quarto ꝓpt
repoſitionē in horreū Math. iij. Palcas
comburet igni. Triticum autem congre/
gabit in horreum ſuum. Et hic dicit. Col/
ligite primum zizania et alligate ea in faſ/
ciculos. Triticum autem meū cōgregate i
horreū. Vſqꝫ ḡ ad hanc meſſem neceſſe eſt
iuſtos cōuerſari malis. Sed diceres. h
eſt durū ꝛ eſt ɔtra ſcripturā q ꝓhibet ɔuer
ſari bonos malis. Nā dicit Sapiēs. Qui

tetigerit picē coinq̄nabit̄ ab ea. Itē Iſaie
lij. Recedite recedite. abite. pollutū nolite
tāgere. Itē in pſ. dr. Supbo ocl'o ⁊ inſati/
abili corde cū h̄ nō edebā. Et apl's. j. Cor.
v. di. Si q̄s frater noiat̄ fornicator inter
vos. cū hmōi nec cibū ſumere debet̄. Ad
iſta breuiter r̄ndeo. ꝙ duplex eſt cohabita
tio bonoꝝ cū malis. Quidā corpe tm̄ i hu
manis actibꝰ licit̄. vt in ꝯtractibꝰ ⁊ alijs ho
neſtis. Quidā corpe ⁊ mente. vt i actibꝰ eo/
rū ꝑuerſis ⁊ ꝯſuetudinibꝰ aut moribꝰ dete
ſtandis. Tūc dico ꝙ dn̄s p oīs ſcpturas
ꝓhibet cohabitiōem bonoꝝ cū mal' corpe
ſimul ⁊ mēte. ne eis ꝯſentiāt in aliq̄bꝰ pra/
uis moribꝰ. Et h̄ dicūt ſcripture. recedite
ſcʒ mēte. ſicut dauid noluit cōicare mente
ſupbis ⁊ auaris. Et qđ dicit de pice. verꝰ ē
ꝙ difficile ē euadere ꝯtagiū tangēti picē. nō
tn̄ eſt impoſſibile. Vn̄ ꝑfect̄ ⁊ firmis i ſan
ctitate. facile eſt cōicare ꝑuerſis. licʒ impfe/
ctis videat̄ difficile. non tn̄ ipoſſibile. Pau
lus aūt ꝓhibet ſumere cibū cū fornicarijs
manifeſt̄. p ſniam eccl'ie p̄ciſis. nō aūt oc/
cultis. Vn̄ in ſignū hꝰ dn̄s cū iuda occulto
ſuo traditore mādūcauit. Iuxta illđ. Qui
intingit mecū manū in parabſidē. Hinc ē
ꝙ dicit Inno. exponēs illud de xp̄o pſ. c.
Nō adheſit mihi cor prauū. Dicit cor pra/
uū ſcʒ iude nō adheſit mihi i amore. quia
ipm nō dilexi. declinātēʒ a me malignū. nō
cognoſcebā. i. nō approbabam. Et ſeq̄tur.
Supbo ocl'o ⁊ inſatiabili corde. i. cū iuda
q̄ hēbat oculū ſupbū. eo ꝙ noluit regule et
legi ſubijci ſaluator̄. ⁊ cor inſatiabile p cu/
piditatē. q̄ fecit eū vendere ſaluatorē mūdi
cū hoc nō edebā. Nō dicit nō edebat mecū
qꝛ edebat corpaliter. ſed dicit cū h̄ nō ede/
bam. qꝛ nō me ei ſocialē ⁊ ꝯſentaneū exhi/
bebam. licet patiēter ſuſtinerē ꝙ ederet pa
nes meos mecū. Sed alijs diſcipul' me ſo
cialē exhibebā. qꝛ placebat mihi eoꝝ ſocie
tas. Hec Inno. Ex his infero ꝙ licʒ infir/
mis difficile ē ꝯuerſari mal̄. ꝓpter timorēʒ
ruine ⁊ ꝯtamīatōis. tn̄ ꝑfect̄ ⁊ firmis in fi
de. vtile ē ꝓpter lucrādū eos aut arguēduʒ
eoꝝ mala. Sic fecit dn̄s iude. quē vt auer
teret a ꝑua intentiōe voluit ꝯuerſari ſecū.
Sic multi ſcti leguntur int̄ malos ꝯuerſa/
ri. Nā loth caſtꝰ fuit i ſodo. Gen̄. xiij. ⁊ noe
in generatiōe ſua q̄ mala erat iuſtꝰ vixit Ge
neſ. vij. Ioſeph q̄ʒ i egypto caſtꝰ ꝑmanſit.
Gen̄. xxxix. Sic ſamuel iter filioſ hely peſ
ſimos ſcūs extitit. j. Re. ij. Sic iter idola/
tras peſſimos. vij. milia viroꝝ remāſerūt in
tacta. iij. Re. xix. Sic thobias inter alios
idolatras māſit deicola Thob. j. Sic hie
remias int̄ peſſimos detractores v̄itatē n̄
tacuit Hiere. xliiij. Et ezechiel iter icredu
los ⁊ ſubuerſores hitaſſe mēorat̄ Ezech. ij
Ex q̄bꝰ videt̄ bōis ⁊ ꝑfect̄ malicia ipioꝝ n̄
obeſſe. dūmō recedāt ab eis mētalit̄. ⁊ ſi ha
bitēt corpal'r. Vn̄ duobꝰ modis n̄ te macu
lat malū. Si aut n̄ ꝯſent̄ aut redarguis.
xxiij. q. iiij. a mal'. Sed h̄ pulſat q̄ſtio aīm
Vtrū i aliq̄ caſu mali p̄nt deleri de hac vi
ta. Ad q̄d r̄ndeo. ꝙ mali ſūt duplices. Aut
eni ſūt publici ⁊ p eccīaꝫ p̄ciſi. aut occulti ⁊
ab eccīa tolerati. In p̄io caſu dr. Malefi
cos n̄ patiarʒ viuere ſup t̄rā Exo. xxij. In
ſcđo caſu dr. Tu bonꝰ tolera malū. qꝛ abel
eſſe rēnuit quē cayn malicia n̄ exercet. inq̄t
Gre. ſup Ezech. omel'. ix. xxiij. q. iiij. Tu bo
nꝰ. Sic iudā dn̄s tolerauit. In plibꝰ ḡ ca/
ſibꝰ mali tolerant̄. P̄io ſi ē difficile ſegre/
gare malos a bonis. ⁊ tūc tolerādi ſunt. ne
boni ⁊ inocētes ſil' ꝑeant. xxiij. q. iiij. q̄uis.
Vn̄ theodoſiꝰ ipator ḡuit̄ fuit repheñſus
p btm̄ Amb. ꝙ inocētes cū iniq̄s ⁊ ſcelera/
tis ſil' occiderat. Scđo q̄ndiu mali p iudi/
ciū eccīe nō publicant̄. ij. q. j. Multi circa
ꝑncipiū. Et d̄ cohitatōe clicoꝝ. vīa. i. c. vl.
xv. q. vl. ca. vlt. Tertio tolerādi ſūt vbi coꝝ
correctō n̄ deſpat̄. xxiij. q. iiij. c. j. Quarto ſi
eoꝝ pctā nō ſūt maifeſta. xi. q. j. nolite. ij. q. j.
multi. Quito ſi ex eoꝝ ꝑturbatōe pax eccīe
vl'is n̄ turbat̄. xxiij. q. iiij. tu bonꝰ. qꝛ ꝓpē pi
ſces malos rhetia n̄ ſūt rūpēda. neq̄ ꝓpter
hedos grex deſerendꝰ. neq̄ ꝓpē paleā area
relinq̄nda. xxiij. q. ij. q̄ſq̄s. Nō ſūt ḡ indiffe
rent̄ deſerēdi mali. ſʒ patient̄ tolerādi. q̄ti
nus de malo ad bonū q̄nq̄ ꝯuerſi poſſint
nobiſcū ꝑuenire ad patriaʒ claritat̄ eter/
ne. Ad quam nos ⁊c̄.

Dn̄ica q̄nta pꝰ oc. epi. I. Ser. XXXI.

Confiteor tibi pa
ter dn̄e celi ⁊ t̄re Math. xi. Lu. x.
Dn̄ica prima ꝑcedēti ſctā mr̄ ec/
cleſia ꝓpoſuit nob ſalutiferā doctrinaʒ nr̄i
ſaluatoris i parabola ſemis. nūc i iſta dn̄i
ca p̄nti ꝓponit nob quibꝰ a chriſto iſta do/
ctrina reuelatur. ⁊ q̄ ſunt digni reuelatōis
doctrine celeſtis. quia tm̄ humiles. Hi eni
ſunt ſpeciales diſcipuli chriſti. ſibi eterna/